

*Scholas; aliud, Monasteriis
adnexas fuisse Scholas.*

Resp. Distingue tempora, &
concordabit Scriptura. Scho-
lae enim à Monasteriis distin-
ctæ cumq; iis conjunctæ non
omni, sed Caroli M. tempore
fuerunt; secundum allega-
tam descriptionē vitæ Notkeri,
apud Goldastum Tom. I. Rerum
Alemann. Confer, quæ ex Pos-
sevino nos ipsi adduxim⁹ modò
pag. 712. Olim verò non erat
sic, nondum diffluentibus otio
Monachis, ut apud eos cupidi
bonarum artium adolescentes
confluere potuerint. Vide su-
prà pag. 710. seqq.

TH. II.

*Sentimus, licita vota servari
debere; Apolog. A. C. pag.
278.*